ne pro maiori Terris et dictis quibusvis regalibus in quacumque forma
verborum obtentis Terris restitutis Bellis colloquiis gubernationibus et parti-
cularibus aura pestifera, expeditionibus bellicis, incursibus ho-
stium, servitiis militari Reipublice et sacre Regiae Maiestatis intra
et extra regnum absentia a regno, Evocatione de terra et
dicta Praefectura Exercitus, Interregno, Minorennitate eorum sue
cessorum ac legalibus quibusvis impedimentis differrent, ad qui-
etationem mortificationemque praesentis inscriptionis ad eiusdem
munimenta quaevis necessaria dilatione non recipiendum, Poena
trium Marcarum et Terrae poena damna terrae non evadendum. Ad e-
cet quibusvis tam super accessorio quam principali negotiis latis
et factis, nullas motiones cum appellationibus faciendum et interponendum
nec ad prosequendum easdem tam iudicem causae quam partem
adcitandum, omnibus exceptionibus controversiis praescriptionibus fala-
liis evasionibus suspensionibus dimerticulis ac inventionibus quibus-
vis dilationibusque generaliter universis de iure scripto et con-
suetudinibus vim legum scriptarum in se complectendum quibus ex
interesse abdicandum. Et mutuo sibi cum successoribus in auxilium con-
tentum inscriptionis praesentis ac ordinationum in ea expressis
eorumque effectum recipiendum sive et suorum successorum sub ob-
missione totius causae. Et ad tuitionem praefatorum damnorum
terrarum quibus solutis utique pars parti ad successoribus suis
inscriptionis praesentis et omnibus contentis totis quoque sit necessarium
satisfacere erit astricta. Nullam praescriptionem terrae Dimitti-
nitate tanturnitate eorum tempus ambitus inscriptionis praesentis in praemis-
sis omnibus obstantibus. Quod Memoriali firmatum est.

Chmielieczki quietat Zamiechowski

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Generosus Venceslaus
Chmielieczki filius Generosi Hieronimi Chmielieczki subiudicis
terrestris Premisliensis. A iure et dictis suis propriis quibusvis re-
cedendum, hinc vero praesentis iurisdictioni castri Premisliensis se cum successo-
ribus bonisque suis omnibus quo ad actum praesentem attinet incorporandum

sanus mente et corpore existens publice ultro recognovit. Quia a Generoso
Valentino Zamiechowski filio olim Generosi Stanislai Zamiechowski
recepit et tulit summam trecentorum florenorum pecunie sibi per eundem
coram iudicio et Actis terrestribus Premisliensibus modo quovis et in bonis omnibus
inscriptis assecuratis. Ratione vero receptionis eiusmodi summae ipsum
Generosum Valentinum Zamiechowski de summa trecentorum florenorum per
eundem quietat et liberum cum successoribus eius perpetuo facit. Necnon
inscriptionem eandem terrarum Premisliensium ab omnibus eius contentis
in exemplum castrum mortificat et in nihilum redigit perpetuo sua
personali recognitione mediante

Zamiechowski Hr. Chmielieczki

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus castri Premisliensis
Generosus Valentinus Zamiechowski olim Generosi Stanislai Zamiechow-
ski filius. A terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis fo-
roque competentibus recedendum, hinc vero iurisdictioni praesentis castri Premisliensis
se cum successoribus bonisque suis omnibus in toto quo ad actum et effectum
infrascriptum attinet incorporandum et subiungendum sanus mente et corpore
existens publice ultro recognovit. Quia Generoso Joanni Chmielie-
czki Generosi Hieronimi Chmielieczki subiudicis terrae Premisliensis filio et
eius successoribus summam sexingentorum quinquaginta florenorum pecunie
monetae Poloniae singulum florenum triginta grossis Poloniae computandum certi
veri et liquidi debiti tenetur et est debitus. Quam summam praedictus
Zamiechowski se successores super bonis suis hereditariis inscribit eidem Chmie-
lieczki aut posteris eius hinc per die et festo Conversionis Sancti
Pauli Apostoli proxime et immediate venturo hic ad acta praesentia
totaliter et plenarie dare solvere et reponere sub vadio similis
summae sexingentorum quinquaginta florenorum pecunie monetae Poloniae in casu
non solutionis summae praedictae essentialis pro praedicto tempore solutionis in
assignato ipso facto succumbendum et in una summa capitaneum
mille trecentorum florenorum pecunie monetae Poloniae convertendum absque quo-
vis decreto officii vel iudicii intervenientibus sed solummodo virtute
inscriptionis praesentis redeundum, ita quod summa essentialis cum vadio iuncta